

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu
scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue]
extiores fraude nauigantium ...**

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Celeusma visionis fatue

[urn:nbn:de:bsz:31-294548](#)

Vijay

Celestia visionis fatue.

¶ dicitur: Consideremus ergo lectores optimi tui
qui sunt quod obsecnas picturas prostibulis dignas tha-
lamis suis inferunt: & oculis obiectunt: ut cœnaturi &
dormituri habeant quo ardant. Quod imprudentes &
vxores & filios præter conditionis suæ qualitatem
exornant ut meretrices siant aut animas perdant. Quod
dementes qui in templo ad quem deum placaturi co-
uenire iubemur; conueniunt meretrices aut mer-
treco ornati cultas visuri & animas suas occisuri:
Deumque indignissime quasi in domo & in prospectu
sanctorum aspectu eius offensuri. Quibus extrema
linea amare cum phedra Terentiano aliquid videat.
& certe aliquid est: quia animarum interitus. Ceterum
si visio stulta quae primæ scaphæ stultiferae nau-
archa, i.e. perfecta est: omnes huius generis stultos ac-
cipieret; opus esset nauis velargos qua argonautæ ve-
cti dicuntur longiore: & archa Noe capaciore. Sed
audiamus celestia, i.e. fruitionem eius nauticæ.

¶ Celestia visionis fatuae sca-
phæ primæ nauarchæ.

¶ Vid tantum stupida trahitis pigræ ocia mete

Idaliæ ciues; en citharea vocat;

Nunc florent silvae; nunc formosissimus annus;

Omnia nunc genio presto vacare suo;

Gratia cum nimphis geminisque sororibus; audet

Consociatolviris ducere nuda choros.

Cypria bistonio venus optat brachia marti

20 Celeusma visionis fatue

Tendere; dum questus fert philomena suos
Collige virgo rosas dū flos nouus & noua pubes;
Et memor esto æcum sic properare tutum
Iam subrepet īuers ætas nec amare licebit
Nec gaudere bonis mors dabit attalicis.
Quid similem flaui crinem tam compseris auro
Quando aderit vetulæ sordida canicies?
An iuuenem teneris nihil est, vincere lacertis
Cui venus & veneris cura/cupido fas est?
Eya age rumpe moras implet dum carbasa venti
Atq; secunda suas nereis addit opes
Ad veneris campos teneris vbi pulchra puerellis
Corpora iunguntur; nostra carina vehit.
Illic pasiphae tauro oblectatur amator
Atq; semiramidem concomitatur equus
Illic quæq; suo secura potitur amore
Hec sentit tacito tempus abire pede
Illic blandus amor mollisci proterua cunctis
Et vultus quales ardeat hippolytus

Forma quibus
Non phuco a
Mandix roleo
Conferat hic i
Imputas qui i
Mensura; nu
Inctas callue
Commodar
Igo petos ocul
Dum; voca
In procul est
Aurea sidere



Forma quibus ceris non est imitabilis ullis
Non phuco aut arti; non medicaminibus
Nil sandix roseo; nihil hic cerussa nitenti
Conferat; hic siquidem nascitur omnis honos
Purpureas qui forte rosas & lilia iustis
Mensura; numero; pondere; miscuerit
Cunctaq; calluerit; que zeusis nouit ad artem
Commoda; natuum vix simularet opus
Ergo petos oculos ad dulcia munera flecte
Dumq; vocant venti scande puella scapham
Non procul est portus; triduo permixta choreis
Aurea sidereis corpora conspicies.

21

30-15



C